Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



celestium disciplinis unita pace obser-
uauerunt. ℟. Te sanctum dominum in ex-
celsis laudant omnes angeli dicentes te de-
cet laus et honor domine. ℣. Cherubin
quoque et seraphin sanctus proclamant et om-
nis celicus ordo dicens. Te decet. Con-
siderem inclytam celestis urbis feli-
citatem inquantum considerare possi-
bile est. Vt enim uere est comprehendere
nullus sermo sufficiet. Dicitur de ea
quodam loco quod aufugiet ibi dolor
et tristicia et gemitus. Quid hac uita bea-
tius ubi sancti fulgebunt ut stelle in
perpetuas eternitates et sicut splendor
firmamenti qui eruduunt multos. Talis
quedam erit rerum temperies quam nec
oculus uidit nec auris audiuit nec
in cor hominis ascendit nisi illorum qui
ea perfrui digni inueniuntur. ℟. Iste est
de sublimibus celorum prepotentibus unus quem
manus domini consecrauit matris in uis-
ceribus cuius nos meritis adiuuari supplices
deposcimus. ℣. Iste est enim Johannes cuius
tanta est meritorum prerogatiua ut eius simul
per angelum Gabrielem pronunciaretur natiui-
tas nomen uictus officium et meritum. Cuius.
In. ii. n. a. Timete dominum omnes
sancti eius quoniam nichil deest timentibus
eum ecce oculi domini super iustos et aures
eius in preces eorum. ℣. Benedicam domino. a. Do-
mine spes sanctorum et turris fortitudinis
eorum dedisti hereditatem timentibus nomen
tuum et inhabitabunt in tabernaculo tuo

in secula. ℣. Exaudi deus. a. Beati quos elegisti
domine habitabunt in atriis tuis et enim
clamabunt et ymnum dicent. ℣. Te decet.
a. Domine deus uirtutum beati omnes qui spe-
rant in te non priuabis bonis eos qui ambu-
lant in equitate in secula seculorum laudabunt
te. ℣. Quam dilecta. a. Qui diligitis dominum
letamini in domino et confitemini memo-
rie sanctitatis eius. ℣. Dominus regnauit exultet.
a. Benedicite domino omnes uirtutes eius benedi-
cite ministri eius qui facitis uoluntatem eius
benedicite domino. ℣. Benedic. ℣. Letamini in d.
Igitur super omnia est consociari angelorum
cetibus omniumque celestium uirtutum
contubernius perfrui et intueri agmi-
na sanctorum splendidius syderibus
micantia patriarcharum fide fulgen-
tia prophetarum spe letantia apostolorum
in duodecim tribubus israel orbem iu-
dicantia martyrum purpureis
uictorie coronis lucentia uirginum
quoque choris candentia serta ges-
tantia inspicere. ℟. Fuerunt sine que-
rela ante dominum et ab inuicem non sunt
separati calicem domini biberunt et a-
mici dei facti sunt. ℣. Tradiderunt cor-
pora sua propter deum ad supplicia ideo coronan-
tur et accipiunt palmam calicem.
De rege autem qui sanctorum medius
residet dicere uox nulla sufficiet.
Effugit enim omnem sermonem atque om-
nem sensum humane mentis excedit.
decus illud illa pulcritudo illa uirtus.